



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio trigesimaquarta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Magistri Durandi de

### QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum virginitas sit præferenda matrimonio.

Tho. 22. q. 152. ar. 4.

**Q**uarto queitur de virginitate vtrum sit præferenda matrimonio. Videtur q̄ non, quia bonū persona priuatā non est præferendum bono communi, sed potius econuerso: fed virginitas est bonum priuatā personā, matrimoniū autem est bonum commune, quād ordinetur ad conseruationem speciei, ergo virginitas nō est præferenda matrimonio.

**2** Itē Augustinus dicit libro de bono coniugalī, q̄ nō impar est meritum continentie in Ioanne qui nullas est expertus nuptias, & in Abraham qui filios genuit, sed maioris virtutis est maius meritum, ergo virginitas non est major virtutis quam castitas coniugalis.

**3** IN Contrarium est, quia melius est illud quod consiluit, quād illud quod solam indulgetur: consilium enim est de maiori bono, indulgentia vero de minori, sed virginitas confultur, matrimonium vero indulgetur, vt pater per Apostolum. i. Corinthiorum. 7. ergo virginitas est melior matrimonio.

**4** Item illud est melius cui debetur maior fructus, sed virginitati debetur fructus centesimus, matrimonio solum trigeminus, ergo &c.

**5** RESPONSI O. Videnda sunt duo. Primum est, an virginitas sit bona. Secundum an sit matrimonio præferenda.

**6** Quantum ad primum aduertendum est q̄ aliquid est bonum secundū se, aliquid vero per accidens, vel propter aliud, quia scilicet removet id quod est malum vel disconueniens. Primo modo cibus bonus sanus est corpori. Secundo modo medicina. Dicendum ergo q̄ virginitas non est bona primo modo, sed secundo modo. Quod patet tripliciter. Primo sic: abstinere ab eo quod est secundū se conueniens & bonum nō potest esse bonū de se, sed per virginitatem abstinere à matrimonio quod est secundū se bonum, ergo virginitas nō est bona de se, est tamen bona vt medicina: matrimonium enim propter distractiōne in mentis & curas adiunctas reddit hominē qualis infirmorum ad vacandum contemplationem diuinorum, virginitas autē hāc impedimenta tollit quasi medicina, quare &c. Secundo sic: illud non est bona secundū se sed solum per modum medicinae quod non fuisse bonum in statu naturae sanar, sed virginitas nō fuisse bona in statu innocentiae, in quo natura fuit sana, et aut bona in statu naturae infirmi, ergo &c. Tertio sic: sicut se habet ieunare ad comedere, sic virginitas ad matrimonium, sed comedere adhibitis debitis circumstantiis est bona secundū se, ieunare autem nō est bona nisi per modum medicinae in quaerū per ieunium conseruantur in corpore superfluitates humorū, vel corpus redditur melius dispositum ad actus virtutum moralium per repressionē concupiscentiarum, & per consequētū ad actus virtutum intellectualium, ergo similiter virginitas nō est bona secundū se, sed solum per modum medicinae in quaerū per eam tolluntur impedimenta qua distractiōnē hominem à contemplatione supernorū: ideo dicitur. i. Cor. 7. mulier innupta & virgo cogitat quod dominū sunt et sit sancta corpore & spiritu.

**7** Quantum ad secundum dicendum quād virginitas melior est matrimonio pro statu moderno. Quod patet tripliciter. Primo sic: bonum diuinum est potius bono humano, sed virginitas est bonum diuinum, quād ordinetur ad contemplationem diuinorum vt dictum est, matrimonium vero ad bonum humanum, ergo &c. Secundo sic: bonum anima præfēdū est bono corporis, sed virginitas est bonum animi cū reddat hominem expeditum ad actus, matrimonium vero est bonum corporis, ergo &c. Tertio patet idem exemplo Christi qui virginem matrem elegit, & virginitatem in se seruavit, & autoritate Apostoli. Cot. 7. vbi dicit: qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, & qui nō iungit melius facit, propter quod dicit Aug. lib. de Virgin. Certa ratione & sepius rarum sanctarum autoritate nec peccati esse nuptias inueniuntur, nec eas bono vel virginalis continentie vel etiam viduialis & equamus. Ex predictis possumus concludere quod et virginitas non sit bona de se, sed per modum medicinae: in quo rāmen prefertur matrimonio quatenus

## Sancto Porciano

redit hominem magis expeditem ad contemplationem diuinorum, quicunq; vovet virginitatem nisi sit amplius deuotioni deditus quām existens in matrimonio, rālis est imperfector imperfectione personali, licet sit in statu perfectiori.

**8** Ad primum arg. dicendum quād bonum commune potius est bono priuato quād sunt eiusdem generis, sed bonum priuatū potest esse melius bono communi alterius generis: & hoc modo virginitas propter Deū afflita præfertur & cōsiderati cariali in matrimonio, potissimum cum bonum cōmune ad quod ordinatur matrimonium per multos sufficienter expleatur.

**9** Ad secundum dicendum q̄ meriti non solum pertinet ex genere actus exterioris sed magis ex animo operantis: habuit autem Abraham animū sic dispositum ut paratus esset virginitatem seruare si in tempore suo fuisset congruum, ex quo meritum continentie virginalis in ipso æquatur merito cōtentie virginalis in Io. respectu premij substantialis non autem respectu premij accidentalis, quod responder difficultati operis exterioris, sicut dicimus de martyrio Petri quod sustinuit in opere, & quod Ioannes habuit in voluntate.

Sententia huius distinctionis. X X X I I I .  
in generali & speciali.

**N**unc superest attendere. Superius determinauit Magister de matrimonio quantum ad eius institutio- nem, significationem, & ad eius causam efficientem & finalem, & quantum ad eius bona, hic determinat de causa quād ad causam materialē, scilicet quantum ad personas contrahentes. Et diuiditur in duas. Primo determinat natūre impedimenti matrimonii que non faciunt perso- nas penitus illegitimas ad contrahendum. Secundo de ilis quibus penitus persona illegitima redduntur. Secunda, 7. distin- cit. ibi. Sunt igitur quidam ordines. Primantes. Primo determinat de impedimenti precedentibus matrimonium, scilicet de impedimento trigo- ditatis. Secundo de impedimenti superuentis polo matrimonii iam contractū, sicut est fornicatio, que est causa diuorii. Tertio de impedimenti incidentibus in actu contrahendi, scilicet de seruitute. Secunda, 35. distin- cit. hoc enim notandum est. Tertia dist. trigesimæ linea de conditione. Prima est principalis lectionis, & diuiditur in tres. Primo prosequitur de impedimenti personam matrimonii contrahentium in generali. Secundus descendit specialiter ad impedimenti de quo agere intendit. Tertio de quibusdam impedimenti superuentis matrimonii iam contracto. Secunda ibi, de his autē qui causa frigiditatis. Tertia ibi, de his qui cum duas bus fororibus. Secunda illarum diuiditur in tres. Primo determinat de impedimento quod est in potentia coen- di proueniens ex frigiditate. Secundus de impedimento quo aliquis impotens redditur ex maleficio. Tertiū de im- pedimento quo aliquis impotens redditur ad conscientiam in copulam coniugalem, sicut est furia. Secunda ibi, De maleficis impedimento. Tertia ibi, Furiosi quoq;. Ter- tia pars principalis, in qua determinat de superuenti impedimento, diuiditur in duas: quia primū determinat de impedimento culpa. Et secundū de impedimento persona, quod est aliquis corporalis defectus. Secunda ibi, Illud etiam sciendum est.

**10** IN Speciali sic procedit, & primū proponit q̄ ad matrimonium contrahendum aliqua persona fuerunt legi- gitimæ ante legem, alia sub lege, alia tempore gratia: quād etiam personæ in primitiva ecclesiâ erant legitime quād modō non sunt. Illarum vero quād vel legitime vel illegitima sunt, quād sunt pure legitima, vt illa quibus impedimentum aliquod non obuiat, quād sunt vel omnino sunt illegitima, vt illa quibus obuiat ordo sacerdotalis cognatio, vel dispar cultus: quād sunt media quād nec pure legitima sunt, nec omnino illegitima, vt illa quibus obuiat frigiditas vel conditio, tales enim si ignoranter cōiunguntur permanere possunt quibusdam accidentibus causis, vt minima erat, & eisdem defici- entibus possunt diuidi. Postea dicit quod illi qui cau-

sa frigiditatis debitum reddere non possunt, posse sunt sic per manent si volunt, si autem mulier causaretur dicendo quod vult esse mater, & filios procreare, decretum est ut utrum coniugum in aliquorum propinquorū manus iuret quod nunquam carnaliter conuenerunt, & tunc septem de propinquis qui melius de hoc possunt scire veritatem per signa probabilitate iurent, & tunc mulier nuptias secundas contrahere potest, vir autem qui est frigidus natura ab eo conjugii spe manere debet, si enim ille aliam uxori duxerit, cogendus est redire ad priorē, quando autem impedimentum ex utraque parte provenit utrius remanere debent in nuptiis, hic autem modus seruandus est quando utrum coniugium idem cōficietur, si vir afferat se debitus reddidisse, mulier autem diffiteatur, viro potius adhibenda est fides, quia caput mulieris est vir. Confirmat ḡte p̄dicitā au dioritate Gregorii. Postea dicit q̄ si per aliquod maleficium concubitus non sequatur, illi qui bus hoc evenit hortandi sum ut de omnibus confitentur cōmisis, & satisfaciant de eis Deo: ministri vero Ecclesie per exorcismos vel ecclasiastica sacramenta tales curare procurent, quod si non possunt, separari valebant, postquam tamē alias nuptias experientur viventibus illis quibus iunctū fuerunt non poterunt reconciliari prioribus quos reliquerunt, etiam si potestas coeundi eis restituta fuerit, nisi forte iudicio ecclie, quo iudicio facta fuerat separatio. Postea dicit quod furiosi dum sunt in amentia contrahere non possunt, quod auctoritatibus probat. Postea dicit quod illi qui dormit cum forore uxoris sua neutrā ex eis habere debet, nec ipsi adulteri vñquam debent contagio copulari, quod auctoritatibus probat. Ultimō dicit quod non licet viro uxorem dimittere, nec econtra propter aliquam infirmitatem vel maculam corporalem, sed debet alter alteri subfida prouidere, quod beatus Augustinus probat in litera.

#### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum matrimonio sint assignanda aliqua impedimenta.

**C**irca distinctionem istam primō queritur vtrum matrimonio sint assignanda aliqua impedimenta. Et videtur q̄ non: quia morsus communis debet habere medium commune, sed concupiscentia est morsus communis omnibus, ergo matrimonium quod est eius remedium, debet est omnibus communis, & ita nullus debet impediti à matrimonio contrahendo.

**2.** Item opus diuinum non debet impediti per opus humānum, sed matrimonium est opus diuinum quum sit à Deo institutum, ergo matrimonium non debet impediti per opus humanum vel statutum.

**3.** IN contrarium est: quia matrimonium institutum est in remedium vel officium, sed multi inepti sunt remedio vel officio, vel propter impotentiam vel obligatiōem ad continentiam, ergo &c.

**4.** R E S P O N S I O. Dicendum est primō q̄ matrimonium pluribus modis potest impediti. Secundō videntur est quot & quibus modis impediti.

**5.** Primum patet sic: omnis effectus qui constituitur ex causis impeditibus potest impediti, sed matrimonium constituitur ex causis impeditibus, scilicet ex consensu contrahentium, in quem potest incidere multiplex impedimentum, & ex parte consentientium, ergo matrimonium potest multipliciter impediti.

**6.** Quantum ad secundum dicendum q̄ quedam impedimentum matrimonii contrahendum, sed non dirimunt contractum: quedam vero impiendent contrahendum, & dirimunt contractum. Cuius ratio est, quia quedam sunt de necessitate matrimonii, quādam vero de solennitate solum. Sine illis que sunt de necessitate nullum est matrimonium, sed sine illis que sunt de solennitate matrimonii impeditur matrimonium contrahendum, quia non debet quando sine eis sit: tamen non dirimitur contractum, quia sine eis est verum matrimonium quod nunquam disolvitur, nisi per mortem carnalem vel spiritualem, ut dictum fuit prius. Hęc autem sunt duo, interdictum Ecclesie, & tempus feriarum, ut haberur in illo versu. Non solum tamen impident, vetitum, feriæ.

**7.** Omisso autem illorum que sunt de necessitate matrimonii impedit matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, eo q̄ nullum est matrimonium quando omittitur aliquid quod est de necessitate. Hęc autem sunt multa, quorum numerus & sufficientia potest sic haberi. In matrimonio enim est considerare contractum & personas contrahentes: contractus fit per voluntariū consensum, qui cōfensus potest impediti per violentiam vel per ignorantiam personæ vel conditionis. Et sic sumuntur tria impedimenta matrimonii, scilicet, error personæ, & error conditionis. Persona vero contrahens potest impediti à matrimonio contrahendo, vel simpliciter respectu cuiuscunq; persona, vel respectu alicuius tantum: si sim plicerit, hoc est quia impeditur ab actu matrimonii, quod contingit dupliciter. Uno modo quia omnino in actum non potest, & sic ponitur impedimentū in potentia coenodi. Alio modo quia non licet potest, & hoc quia ad continentiam obligatur, vel ex officio suscepit, & sic est impedimentum ordinis: vel ex voto emiso, & sic est impedimentum voti.

**8.** Si autem aliquis impeditur à matrimonio non simpliciter sed respectu alicuius personæ, hoc potest esse vel propter obligationem ad alterā personam: sicut qui vni matrimonialiter iunctus est, non potest simul alteri coniungi matrimonialiter, & sic est impedimentum matrimonii ligamen, vel quia deficit proportio ad alteram personam. Et hoc tripliciter. Primo propter nimiam distantiam ad ipsam, & sic est disparitas cultus. Secundo propter nimiam propinquitatem, & sic ponitur triplex impedimentum, scilicet cognatio, quae importat propinquitatem duarum personarum ratione tertie à qua originalis descendit affinitas, quae est propinquitas duarum personarum ratione tertie in matrimonio iuncte: & publicè honestatis iustitia in qua est propinquitas duarum personarum ratione tertie iuncte per sponsalia. Tertio impeditur matrimonium inter duas personas, propter indebitam cōiunctionem eorum precedentem, & sic impedit crimen adulterii prius commissi, ne adulteri contrahant ad iniuriam: de quibus impedimenta dicetur postea magis in speciali, hac autem impedimenta in his verbis continentur: Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, insordo, ligamen, honestas. Si sis affinis, si forte coire nequis bis. Hęc socianda vetant, connubia iuncta retractant.

**9.** Ad primum arg. dicendum quod nullus impeditur à matrimonio simpliciter, quin licet ei cum aliquo contrahere nisi habeat impedimentum naturae, vt frigidi, vel nisi assumperit impedimentum voluntarie, vt qui voulit solenniter, aut ordinem facrum suscepit: impeditur tamē quis rationabiliter vt non possit contrahere cū qualibet, sed cum determinata, & hoc modo sunt plura matrimonii impedimenta.

**10.** Ad secundum dicendum q̄ illud quod sit à deo im mediatis sine causis secundis non potest impediti, quod autem est ab eo cooperantibus secundis, potest multipliciter impediti: & sic est de matrimonio, q̄ licet sit à Deo institutum, completerat tamē cooperatione cauſarum secundarum, propter quod multipliciter impeditur.

#### QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum impotentia ad actum matrimonii impedit matrimonium.

**S**ecundo queritur vtrum impotentia ad actum matrimonii impedit matrimonium. Et videtur quod non, quia matrimonium est perfectum, dato q̄ non sequatur actus matrimonialis, ergo illud quod non solum impedit actum, non habet impeditum matrimonium, sed impotentia de qua loquimur solum respicit actum, ergo non impedit matrimonium.

**2.** Item sicut impotentia impedit actum matrimonii, ita voluntas continendi, sed voluntas continendi non impedit matrimonium, patet inter Mariam & Ioseph, ergo nec impotentia.

**3.** IN Contrarium arguitur sic: quia nullus potest se obligare ad impossibile, sed per matrimonium quilibet coniugum obligatur ad reddendum alteri debitum, ergo qui non possunt reddere debitum, non possunt se obligare ad matrimonium.

**4.** Ad idem dicitur extra de frigidis & maleficiatis,

### Magistri Durandi de

cap. i. quod sicut puer qui non potest reddere debitum non est aptus conjugio, sic impotentes minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

5. RESPONSI O. Distinguendū est de impotētia, quia est una naturalis, alia accidentalis; & qualibet istarū vel est perpetua vel temporalis. Naturalis impotētia est triplex. Una in vivo, scilicet frigiditas, alia in muliere, scilicet frigido vel aliud impedimentū naturalis membris, vt habetur de frigidis & maleficiis, in ceteris literis. Tertia est defectus aetatis in vitroque, vt in pueris. Accidentalis vero impotētia contingit ex duobus, scilicet ex maleficio vel ex sectione seu castratione, qua locum habet solum in viris, horum autē impedimentū frigidis & arctatio quibus non potest subueniri opere medicorum sunt perpetua, impedimenta, vt habetur in praetalegato causa, similiter scētio, castratio, & maleficū quod deleri non potest, temporalia vero impotētia sunt frigiditas & arctatio, quibus potest subveniri, & maleficū quod potest deleri. His suppositis dicendum est prius, nō omnis impotētia naturalis vel accidentalis, si sit perpetua & antecedens matrimonium, impedit ipsum contrahendū, & dirimit contractū, nō autē si sit temporalis. Secundū videtur qualiter cognoscatur impedimentum esse perpetuum, & qualiter sit procedendum ad diuortiū.

6. RATIO. primi est, quia per matrimonium transferitur potētia viuis corporis coniugii in alterū quod redendum debet, vt habetur, id Cor. 7, sed nullus potest transferre in alterū illud quod non habet, ergo qui nō habet potētiam reddendi debitum, nō potest cum altero contrahere matrimonium, quod est intelligentiam quando impotētia praecedit: si enim sequatur matrimonium prius rite contractum, non dirimit ipsum, si etiam impotētia est temporalis, cui possit medicina beneficio subueniri, non dirimeret ipsum.

7. Quantum ad secundū, scilicet qualiter probatur impotētia, sciendum est, quod cognoscitur probatio, vera per aspectum corporis, vt in castratione viri, vel arctatione mulieris: vel probatio presumpta quando triennio cohabitantes & bona fide actui carnali operantes non potuerunt se cognoscere, & tunc autem vterque proclamat ad iudicium, & profitetur impedimentum, & in hoc casu propter periculum collusionis uterque iurabit. Quod bona fide operam dederunt, nec conuenient potuerunt cum septima manu propinquorum eorum statim & personas cognoscēt, vt habetur, 33. q. 1. cap. Quod autem interrogasti de his requisiti, aut alter confitetur, & alter negat, & tunc aut vir prouocat ad separationem aut mulier, si vir incumbit ei prorario vxori negante, quia vir actor est, & actore non probante reus est, & si nihil obstat ut obtinebit: si mulier prouocat viro cōtrarium aente, creditur viro, quia caput est mulieris, 33. q. 1. si quis accepit, nisi mulier respectu corporis velit probare virum mentitur: separatione vero facta causa frigiditatis datur vxori licentia contrahendi, frigidus vero sine ipso coniugii remanet: quod si cōtrahat & secundam cognoverit, cogatur redire ad primā, quia constat ecclesiā fuisse deceptum in iudicando, perpetuum impedimentum quod fuit temporale, vt habetur extra de frigidis & maleficiis, cap. laudabilem.

8. Quando vero fit diuortium ratione malefici datur viri licentia contrahendi, vt habetur, 33. q. 1. cap. super fortias, in fine. Et causa est, quia frigiditas est impedimentum generale respectu cuiuslibet, propter hoc quod impotens est ratione frigiditatis respectu viuis, impotens est respectu cuiuslibet alterius, sed maleficū est impedimentum particulare respectu viuis, & ideo conceditur quod posse alteri nubere, sed si redierit potentia postea cognoscendi primā reintegrabitur matrimonium, quia constat ecclesia fuisse deceptum: quādō vero propter arctationem mulieris separatur matrimonium, mulier debet remanere sine cōiugio, si vero nubat alteri a quo cognoscatur, nunquid integrabitur primū matrimonium? Dicendum est, quod sic, si primus vir & secundus sunt similis nature, & complexionis: quia sicut mulier est cognoscibilis a secundo, sic sicut cognoscibilis a primo, & sic loquitur decretalis titulus praetalegato, cap. fraternalitatis, si vero sunt cōplexionis notabiliter distatis ratiōne cuius mulier nunq̄ sufficit cognoscibilis a primo inmediate per ipsum, licet eius-

### Sancto Porciano

catur et cognoscibilis per vxum secundi, non debet primā matrimonium reintegrari, quia mulier arcta similitudine incepit est ad cōtrahendū cum illo a quo immobilitate non potest cognosci: non enim est licitum ut fiat ei cognoscibilis per alterum.

9. Ad primū arg. dicendum quod impotētia perpetua non solū impedit actū, sed & obligationem in qua constituit cōsentienter matrimonium, quia nullus potest trāferre in alterū, id quod non habet nec habere potest.

10. Per idem patet ad secundū, quia voluntas continebit impedit cōlum actū, & non obligationem, impotētia vero impedit virum.

Sententia huius distinctionis. X X X V.  
in generali & speciali.

Hoc etiam norandum. Superiorus determinauit Magister de impotētia cōsūdi que actū matrimonij impedit: hic determinat de separatio, thori propter fornicationem que similiter actū in matrimonio tollit vinculum matrimonij durare. Et diuidit in duas. Primo ostendit quādō ad ultrem se quēs, actū matrimonij tollit, vinculum matrimonij durante. Secundū inquirit an adulterium precedens matrimonium, & matrimoniale vinculum tollit. Secunda ibi, Soler etiam queri. Prima in qua tuor. Primo ostendit quod vterque coniugiu potest alterū dimittere propter fornicationem quando ipse est a fornicatione immunit. Secundo ostendit quod hoc non potest fieri quando ipse similiter subiacet. Tercio ostendit quod neutri coniugui post separationem facta licet alteri nubere propter matrimonij vinculum remanserit. Quartū inquirit virum propter fornicationem dimittere uxorem ut necessitas, an licet eam fibi retinere. Secunda ibi, Si vero queritur. Tertia ibi, Si quis autem fornications, Quartā ibi, Dicit ranen Ioan. Chrysostomus.

11. IN Speciali aurem si procedit Magister, & ponit primo quod licet hec viro causa fornicationis vxorem dimittere, ita eadem causa licet vxori virum dimittere, quod autoritatibus probat. Postea dicit quod illud dictum sic intelligit, quod ille qui dimittit similis criminis non subiaceat, adulteria autem adulterū dimittere non potest causa fornicationis, quod autoritatibus probat. Postea dicit quod si causa fornicationis fuerit facta separatio, non potest mulier ad aliam copulam coniugalem transire, potest autem reconciliari & cohabitare sicut prius, si vir dimissam reuocare voluerit, quod autoritatibus probat. Postea inducit plures autoritatibus que dicunt quod si vir fecit vxorem suam deliquisse, & nō agat mulier penitētiā, sed in fornicatione permaneat, & hoc pariatur viri cum ipsa manes & cohabitans, reus est & particeps: huius peccati, & ideo eam retinere non debet. Si vero mulier a peccato recessevit, & per penitētiā illud purgauerit, poterit viro reconciliari, & vir etiam videatur talem recipere debere, sed non lepe. Ultimum dicit quod nō potest aliquis in coniugium copulare quam prius per adulterium polluit, quod autoritatibus probat. Obicit ramen contra hoc autoritatum Augustini, & soluit dans illarum autoritatum sanam intelligentiam.

QVÆSTIO PRIMA.  
Vtrum licet vxorem dimittere causa fornicationis.

Circa distinctionem istam primo queritur virum licet vxorem dimittere causa fornicationis. Videatur quod non, quia magis principale est in matrimonio bonum prolixi quam bonū fidelis, sed propter defectum prolixi, scilicet propter sterilitatem, non potest vxor dimitti, ergo nec propter defectum fidei, scilicet propter fornicationem.

2. Item maius peccatum est quando vterque fornicatur, & quando alter tantum, sed secundum iura in primo non debet fieri separatio, ergo nec in secundo.

3. IN Contrarium est quod dicitur Mat. 19. quod non licet viro dimittere vxorem excepta causa fornicationis, ergo propter fornicationem licet.

4. RESPONSI O. Videnda sunt tria. Primum est an propter fornicationem licitum sit vxorem dimittere, Secun-